



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

Delvaux, André

Coloniæ Agrippinæ, 1686

2. De pœnis falsi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62177)

statut Pii V. incip. Licet contra, quam refert Pet. Matth. in viii. Decreta lib. 5. tit. 13. c. unico. plurimi autem modis circa litteras Apostolicas falsitas committitur; quorum decem numerat pontifex in e. Licet 5. b. t. Quo verò pacto Bulle dicuntur falsa ex mutatione styli, docetur in e. Quam gravi 6. sod. qua de re vide Rebuff in Praxi beneficiorum Tit. De Praxi Cancellaria Apo-

stolica.

§. II.

De pœnis falsi.

1. Pœna falsi de jure Civili.
2. Item de jure Canonico, & maximè falsificans litteras Apostolicas.
3. Falsitas non præsumitur, sed probari debet.

Pœna falsi vel quasi falsi, id est illius, quod ex Senatus consulo vel interpretatione prudentum pro falso habetur, ex Jure civili in iuriis est ultimum supplicium; in liberis hominibus deportatio, & olim omnium bonorum publicatio. I. t. in fine & l. fin. D. h. t. nam deportatio successit in locum pœnae, qua olim aqua & igne interdicebatur, d. l. fin. solerter bonorum publicationem induceret. Pœna D. De jure fisci. Hodiè verò bonorum publicatio generaliter, exceptis certis casibus, sublata est, per Auct. Bonadam natorum Cod. de bonis prescripta. Inde factum videtur, compostores Institutionum. Tit. de publ. judiciis, meminerint tantum deportationis. Subinde tame pro criminis qualitate remissus punitur; veluti, relegatione ad tempus, l. falsi 13. l. Qui duobus 21. l. penult. & similibus D. eod. Interdum etiam severius, veluti, pœna capitali, ut in crimen falsæ monetæ, l. Quicumque 8. D. eod. in crimen suppositi patrum, l. i. Cod. eod. & similibus aliis.

Cæterum hæc pœna falsi ex Jure civili, qualiscumq; sit, hæredem non tenet, nisi quatenus ad eum pertenit: ideoque si reus, ante criminem illatum aur sententiam dictam, vita deceleriter, cessante lege Cornelia, sceleres quæsumum auferendum est ab hæredibus illius, l. Cum falsi 12. D. eod. nam turpia lucra etiam successoribus auferenda esse constitutum est, l. s. D. De calumniatoribus l. 9. D. De jure fisci. Videatur plenius Jul. Clazius 5. Sent. §. Falsum.

De jure verò Canonico, si quis per se vel per alios falsum admiserit circa litteras Apostolicas

sive laicus sive Clericus, cum suis fautoribus, excommunicatur, ex Constitut. Sixti V. incip. Excommunicamus, quam refert P. Matth. in viii. Decretal. l. 5. tit. 9. cap. 4. & insuper, si Clericus sit, officiis & beneficiis Ecclesiastice exiuit. Deinde degradatur, & seculari potestate (per quam & laicus de falsitate convictos legitime) punitur, puniendus traditur, si per se hoc crimen commiserit, & Ad falsariorum 7. b. t. Qui autem falsis litteris uitetur, si Clericus sit, officio & beneficio priuari debet: si laicus, tamdiu excommunicatione subiici, donec satis fecerit, d. c. Ad falsariorum ubi idem statuitur servandum in iis, qui falsas litteras impetrant: quos ab hac excommunicatione ab ol. vit summus Pont. dumtaxat, præterquam in mortis articulo, ex Bulla Cœno Domini. §. 6. Ut & eos, qui personæ qualitatens & conditionem mentiuntur, ut aliquid consequantur facilius: litteræ que per hujusmodi falsam rei narrationem extortæ & impetratæ decernuntur omnino surreptitiae, invalidæ & nullæ, ex Constitut. Innoc. VII. i. incip. Sicut, & Leonis X. incip. In barendo vestigis, quæ refert Pet. Matth. in viii. Decretal. l. 5. tit. 9. cap. 1. & 2. Quique suppositis ad examen personis beneficium venantur & impetrant, excommunicantur ex Constitutione Pauli I. V. incip. Inter cataras, quam ibidem refert P. Matth. Sententia verò vigore litterarum falsarum lata non debet trahere in rem judicatas aut mandati executioni: nec fides ulla adhibenda est rescriptis Pontificis, si vila fuerint falsitatis redarguenda, c. 2. b. t.

Cæterum committens fallum in litteris delegati non tam acriter puniendus est: & extra litteras Apostolicas Clericus falsum admittens ab Ecclesiastico Judice deponitur, cap. Cum nevirate criminis in monasterium dereluditur, can. Si Episcopus 8. diff. 5. juncto cap. Tua inf. de pœnia. Sed & qui litteras falsas sciens apud le detinet, easque intra virginis dies à tempore, quo falsas esse cogoverit, non destruit aut resignat, excommunicationis vinculo constrictus ab alio, quam à summo Pontifice, absolvi nequit, & Dura 4. §. adjacente b. t.

Crimine falsi diximus quoque teneri adulteratorem monetæ, l. 1. & 2. Cod. de falsa moneta Covar. De vist. numis. collat. c. 8. Deq; tonoribus ac taloribus monetæ, sive aureæ sive argen-

Qqq

argen-

argenteæ; ultimo supplicio afficiendis exstat Constitutio Pii V. incipit. Cum nichil, relata à P. Matthi in vii. Decretal, lib. 5, tit. 14 e. unico In his verò ditionibus tales bullienti oleo immergi solent, ut hic Zyp. notat.

3. Denique falsitas non facile praesumitur, sed probari debet, maximè in litteris justitiæ, sive ad lites, e. penult. b. t. quia tales facile impe- trantur. Sed nec in litteris gratiæ quævis litera aut rasura in loco non suspecto statim falsitatem arguere debet, e. Lices 5. c. Quam gravi 6. &c. ult. b. t. ut neque obesse, quod vel in syllaba erratum sit, l. Qui habebat 54. D. Domini missus testam. Goffredus in Summa b. t. n. 9.

TITULUS XXI.

De Sortilegiis.

1. Sortilegi qui dicantur. 2 Sortes alia Divi- soria, alia Consultroria, alia Divinatoria, 3. 4. Divinatoria, & earum pena.

1. **S**ortilegia, etiam falsitatem in se continent, quia sortilegi per sortes fallunt homines, cum solius Dei sit futura nosse: ideoque tractatur hoc loco de crimine sortilegi, quia cum crimi- mine falsi affinitatem habet, licet alias pertineat ad ea crimina, quæ vergant in injuriam Dei.

Sortilegi, inquit Isidorus in can. i. xxvi. q. 1. sunt qui sub nomine factæ religionis per quasdam, quas Sanctorum seu Apostolorum sortes vocant, divinationis scientiam proficiunt, atque quarumcumque scripturarum inspectione futura promittunt.

2. Non tamen omnes sortes sunt illicitæ. Non in primis Divisoriae, ut vocantur, id est quibus utuntur homines, ut sciant, quid cuique tribendum sit: veluti, in lictibus, & controverbis dirimendis, in hæreditatibus, pos- sessionibus, & aliis bonis communibus, dividendis, in honoribus, dignitatibus sacerdotalibus & publicis officiis atque administrationibus distribuendis. Harum enim usus non modò jure naturali, sed & Civili permititur, & Sed cum ambo i. 4. D. de judicio. 1. Si duobus 3. Cod. Communia de legatis §. Optionis Instit. Delegatio. Sic Istrætis distributa partes terræ per sor- tes, Num. 33. Iosue 15.

3. Similiter neque illicitæ sunt Consultriae,

id est quibus divina voluntas exquiritur, ut sciatur quid agendum, quid cavendum fugiendum ve sit, prout sæpe veterum Hebraeorum populum, & Apostolos, dum Matthiam in Apofololum loco Judæ elegerunt, aliosque sorte usus fuisse legimus, can. xxvi. q. 1. His enim uicelit, quando necessitas exigit.

At verò Divinatrix, id est quibus homines utuntur, ut præscient futura, vel etiam praesentia aut præterita occulta detegant, quia ordinarie non sunt absque dæmonis conspiratione, aut tacita ejus imploratione, & quia sub iis magna plerumq; latitat superstitione & idolatria, can. Sors i. vers. 2c. His itare respondetur xxvi. q. 1. in iisque magna sita est temeritas, quæsin quem sortes sit casura, ille sit, quem queras, & quasi Deus Opt. Max, tua sorti sit allegatus, ut per eam tibi demonstret quem quæsin, can. Non exemplo xxvi. q. 2. omnino illicitæ, & jure Canonico prohibitæ sunt, e. 1. h. t. can. Sortes & pluribus aliis xxvi. q. 5.

Hinc prohibitum est, ne electiones ad beneficia & dignitates Ecclesiasticas, quæ magis idoneis conferti debent, fiant per sortes, quia hoc modo teneatur Deus, indicare & revelare magis dignum, e. 3. & ibid. Abbas n. 3. b. t. Item ne quis sorta inquirat per sortes, in codicibus scilicet vel tabulis, e. 1. b. t. vel ex aliis signis, puta inspectione astrolabii, aut alterius instrumenti Astronomici, cap. 2. b. t. quasi ex astro- rum inspectione deprehendi possit fur. Damnata propterea jure Canonum est Astrologia, divinatrix sive judiciaria, quæ ex astris seu signis cœli nascientium mores, actus & eventus pre- dicere conatur, e. Illud, & can. Igitur xxvi. q. 2. quæque ex elementis occulta promit & pro- dit, & futura conjectat, d. can. Igitur in princ. Damnata etiam Constitut. Sixti V. quam refert Quaranta V. Astrologia.

4. His igitur, qui ita sorte abutuantur, com- munio Ecclesiæ interdictur: sicut & ariolis, aruspiciis, aliisque incantatoribus nisi reli- pescant: Clerici verò sunt degradandi. Sed & jure Civili in tales animadvertisit, ut videte licet in Tit. Cod. de maleficiis & Mathematicis.

Ut autem omnes superstitiones, sortilegia & magia Jure divino & humano prohibitæ sunt, ita prudenter admodum inquit Zyp. t. Piissimi Belgarum Principes jam olim suis E- ditis